

**Regiae Academiae Kiloniensis Prorektor Et Senatus Civibus Suis : [P. P. Kiliae,
sub sigillo Academiae maiori, d. XIX. ... MDCCLXXXI.]**

[Kiel], [MDCCLXXXI.]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727429826>

Druck Freier  Zugang



Kiel

1701.

D. II. 2.

1550.



Df II 2
1550



REGIAE
ACADEMIAE KILONIENSIS
PRORECTOR
ET
SENATUS
CIVIBVS SVIS.

Anno cIoIccclxxxvi d. III. Septembr. edictum
publicauimus sequentis argumenti:

Fuisse e vestro, Ciues, ordine, qui cum
canibus venaticis atque sclopetis exeunt,
& nuper admodum nonnullos, qui, in
silua Düsternbrock deprehensi, a Regiis rei
venatoriae ministris admoniti, hoc nefas
esse omnino negarunt, ad nos perlatum
est. At enim vero pugnat hoc cum lege,
quam

quam saltuum & rei venatoriae caussa la-
tam esse constat anno c1616cclxxiv.
Hac enim (§. 165.) cautum est: *Quicumque
in saltu Regio aut in omni, qui ad vena-
tionem spectat, terrae tractu cum sclopeto
praeter ius et fas ambulans deprehenditur
multa quinque Imperialium vel alia qua-
vis idonea poena delictum luat, si vel
maxime culpam alias sustineat nullam.
Canes praeterea et arma noxae dedat.*
Quam ob rem cum nostrarum partium sit
auctoritatem edicti Regii quomodocun-
que tueri, vos, Ciues, ne obsequium Re-
gi debitum impune negandum existimetis,
pro paterno, qui nobis erga vos est, amo-
re hortamur, pro magistratus officio serio
iubemus. Si autem sint, qui in omnia
alia abire malunt, hi sibimetipsis acceptum
referant, si quid grauius illis acciderit.

Mul-

Mulctam enim imo & carceris poenam iis
statutum iri pro explorato b ant, para-
tissimo magistratus academici auxilio exi-
gendam.

Idem post ea c1010ccclxxxvii d. IV. Octobr.
redintegratum exhibere necesse fuit. Nunc
quoniam nonnullos e Vestro ordine, quae ita
decreuimus, ipsaque Regia auctoritate sancita
sunt, insuper habuisse, ad nos detulit perillu-
stris et generosissimus Regius in hoc Holsatiae
tractu rei venatoriae Magister, in remedium ad-
ferimus hanc ipsam nouam superioris edicti red-
integrationem, idemque typis expressum exhi-
bemus, eo quidem consilio, vt nemo obtentu
ignorantiae se tueri, aut dolere queat, se nullo
modo admonitum esse, si suo malo sentiat cre-
scentem poenarum grauitatem, quam e re
Academiae esse iudicamus.

P.

d. X

b sigillo Academiae maiori,

.CLXXXXI.




W. E. Christiani,

h. t. Prorektor.

M. G. Trede.

A. Bode
Buchbinderei
Schwerin i. M.





Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker

http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn1727429826/phys_0008

DFG

4) Diejenigen, welche zum Duell anreizen und andere dazu anhegen oder Ausforderungen für andere verrichten, sind den würllichen Duellanten gleich zu achten und eben so als jene zu bestrafen.

5) Alle diejenigen aber, welche überführet werden, daß sie um dergleichen vorhandene Schlägereyen gewußt und sie dem Prorektor nicht bey Zeiten angezeigt haben, oder die dabey gegenwärtig gewesen sind, sollen, wenn sie schon zu der Schlägerey nicht Anlaß gegeben hätten, dem Befinden nach, als Theilnehmer davon angesehen, mit aller Strenge bestraft und auch, nach Beschaffenheit der Umstände, mit einer dem Vergehen angemessenen Carcer- oder andern Strafe belegt werden; dahingegen denen, welche den Ausbruch von dergleichen Unordnungen verhindern, woserne solches zur Erkenntniß des Consistorii kömmt, oder sie solche pflichtmäßig bey dem zeitigen Prorektor anzeigen, in den ihnen zu ertheilenden Testimoniis academicis besonders das Lob beygelegt werden soll, daß sie sich beflissen haben, Ruhe, Frieden und gute Sitten unter ihren academischen Mitbürgern zu befördern: und sollen überhaupt die Protocolle über die Auf- führung der Studirenden jedesmal höhern Ortes eingesandt werden.

Wann nun Allerhöchstgedachte Sr. Königl. Majestät zugleich uns allerhuldreichst anzubefehlen geruhet haben, diesen Königlichen Willen den Studirenden zur allerunterthänigsten Beobachtung bekannt zu machen: So ermangeln wir nicht solches hiedurch allergelorsamst zu bewerkstelligen. Und wie daher den bereits hier Studirenden obliegt, der vorstehenden Verfügung eben so gemäß zu leben, als wenn sie in den bey der Matricul ihnen übergebenen Ge-
sehen

